UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum iuramentum sit licitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

cutiones, Deus ſcit, Coram Deo loquor, & huiuſmodi, poſſunt dupliciter intelligi, ſcilicet inuocatiuè, uel enuntiatiuè. Sumuntur namque inuocatiuè communiter, quando inducuntur ad confirmandum qđ dicitur: & tunc habent rõnem iuramenti. Sumũtur autem communiter pure enuntiatiuè, q̄do per modum narrationis hæc dicunt. Et hoc frequenter accidit his qui nolunt iurare ad confirmãdum dicta ſua, ſed remittere ad diuinũ iudicium, & futuram uitam, ubi omnia erunt palam. Et quoniam uerba ex intentione, & animo proferentis penſantur, ideo ceſſante dolo, & præiudicio cuiuſcunque, ſi aliquis non intendẽs iurare, ſed ſolum exprimere, quòd ipſe habet conſcientiam rectam in hoc, & Deum præ oculis in non mentiendo, dicat, Deus uidet, ꝙ dico ueritatem, & ſimilia, non eſt iuramentum: quia non eſt inuocatio Dei in teſtem: ſed ſimplex enuntiatio, ꝙ Deus hoc ſcit, ꝙ Deus uidet, ꝙ ego loquor corã Deo, & huiuſmodi. Et propterea notãter dicitur in litera, ꝙ iurare eſt inuocare Deum in teſtem: & non dicitur ꝙ eſt narrare Deũ eſſe teſtem. In iudicio aũt & in pręiudicialibus oportet ad communem intellectum audientium reſpicere, ne erretur.

Inf. ar. 4. co. & q. 98 art. 2. cor. Et 3. diſt. 39. ar. 1.

In ſer. 28. de uerbis Apoparum ante med. to. 10. q. 67 per totum & q. 70 per totum.

Serm. 28. de uerb. Apoſt. parum ante med. to. 10.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iurare, ſit teſtem Deũ inuocare.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ iurare, non ſit teſtem Deum inuocare. Quicũque enim inducit authoritatem ſacrę ſcripturæ, inducit Deum in teſtimonium, cuius uerba proponuntur in ſacra ſcriptura. Si ergo iurare, eſt teſtẽ Deum inuocare, quicunque inducit authoritatem ſacræ ſcripturæ, iuraret: hoc autem eſt falſum. ergo & primum.

¶ 2 Pręt. Ex hoc quòd aliquis inducit aliquẽ in teſtẽ, nihil ei reddit: ſed ille qui ꝑ Deũ iurat, aliqđ Deo reddit. dicitur enim Matth. 5. Reddes Dño iuramẽta tua. & * Aug. dicit, quòd iurare eſt ius ueritatis Deo reddere. ergo iurare, non eſt Deum teſtem inuocare.

¶ 3 Præt. Aliud eſt officium iudicis, & aliud teſtis, ut ex ſupra* dictis patet: ſed quandoque iurando implorat homo diuinum iudicium, ſecundum illud Pſal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. ergo iurare, non eſt teſtem Deum inuocare.

SED CONTRA eſt quod * Augu. dicit in quodam ſermone de periurio. Quid eſt iurare per Deum, niſi teſtis eſt Deus?

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut Apoſt. dicit ad Hebr, 6. Iuramentum ad confirmationem ordinatur. Confirmatio autem in ſcibilibus per rationẽ fit, quę procedit ex aliquibus naturaliter notis, q̄ ſunt infallibiliter uera: ſed particularia facta contingentia hominũ, non poſſunt per rationem neceſſariam confirmari. Et ideo ea q̄ de his dicuntur, ſolent confirmari per teſtes. Sed humanum teſtimonium non eſt ſufficiẽs ad huiuſmodi confirmandũ pp duo. Primò quidem, pp defectum ueritatis humanæ, qa plurimi in mendaciũ labuntur, ſ̃m illud Pſal. 16. Os eorum locutum eſt mendacium. Secundò, pp defectum cognitionis, quia homines non pñt cognoſcere neque futura, neque cordium occulta, uel ẽt abſẽtia, de quibus tñ homines loquũtur, & expedit reb' humanis, ut certitudo aliqua de his habeatur. Et iõ neceſſariũ fuit recurrere ad diuinũ teſtimoniũ: quia Deus neque mentiri põt, neq; eum aliquid latet. Aſſumere aũt Deũ in teſtẽ, dr̃ iurare: quia quaſi pro iure introductum eſt, ut quod ſub inuocatione diuini teſtimonii dr̃, pro uero habeatur. Diuinum aũt teſtimonium qñque inducitur ad aſſerendum præſẽtia, uel præterita: & hoc dr̃ iuramentum aſſertorium. Qñque aũt inducitur diuinum iuramẽtũ ad confirmandum aliquid futurum: & hoc dr̃ iuramentum promiſſorium. Ad ea uerò q̄ ſunt neceſſaria, & per rationem inueſtiganda, non inducitur iuramẽtum. Deriſibile .n. uideret, ſiquis in diſputatione alicuius

A ſcientiæ, vellet propoſitum per iuram

AD PRIMVM ergo dicendum, q monio Dei vti iam dato, qđ fit cũ ali tẽ ſacrę ſcripturę inducit: & aliud eſt implorare, vt exhibendum, quod fit

AD SECVNDVM dicendum, q quis reddere iuramenta Deo ex hoc, q quod iurat, vel quia in hoc ipſo ꝙ inuo teſtem, recognoſcit eum habere omni nem, & infallibilem veritatem.

AD TERTIVM dicendum, quòd monium inuocatur ad hoc, quod teſ

B veritatem manifeſtet circa ea, quæ dic tem manifeſtat, an verum ſit qđ dicitur Vno modo, ſimpliciter reuelãdo verita internam inſpirationem, vel etiam per tionem, dum .ſ. producit in publicũ ea q culta. Alio modo, per pœnam mentien mul eſt iudex, & teſtis, dum puniendo m nifeſtat mẽdacium. Et ideo duplex eſt di. Vnus quidem per ſimplicem Dei co ſicut cum aliquis dicit, Eſt mihi Deus te ram Deo loquor: vel, Per Deum, quod dicit * Aug. Alius modus iurandi eſt p nem, dum .ſ. aliquis ſe, vel aliquid ad ſe

C pœnam obligat, niſi ſit verum quod di

ARTICVLVS II.

Vtrum ſit licitum iurare.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur, quòd non ſit licitũ iurare. Nihil .n. quod prohibetur in lege diuina, eſt licitum: ſed iuramentum prohibetur in lege diuina, Mat. 5. Ego dico vobis, Non iurare omnino, &c. & Iac. 5. dicitur. Ante omnia fratres mei noli-

D te iurare: ergo iur̃m eſt illicitum.

¶ 2 Præt. Id qđ eſt a malo, vr̃ eſſe illicitũ, quia vt dr̃ Matt. 7. Nõ põt arbor mala fructus bonos facere: ſed iur̃m eſt a malo. dicit̃ .n. Matt. 5. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt: non, non. Quod autem his abundantius eſt, a malo eſt: ergo iuramentum videtur eſſe illicitum.

¶ 3 Præt. Exquirere ſignum diuinæ prouidẽtiæ, eſt tẽtare Deum, quod eſt omnino illicitum, ſecũdum illud Deut. 6. Non tentabis dominum Deum tuum: ſed ille

E qui iurat, videtur exquirere ſignũ diuinæ prouidentię, dum perit diuinum teſtimoniũ, quod eſt per aliquem euidentem effectum: ergo videtur quòd iuramentum ſit omnino illicitum.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Deut 6. Dñm Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis.

RESPON. Dicendum, quòd ni quid eſſe ſ̃m ſe bonum, quod tamen eius, qui non utitur eo conuenienter. Eucharistiã eſt bonum, & tamẽ qui iudiciũ ſibi manducat, & bibit, vt dr̃ Sic ergo in propoſito dicendum eſt ſecũdum ſe, eſt licitum, & honeſtum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

origine & ex fine. Ex origine quidē, quia iuramentum eſt introductum ex fide, qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & vniuerſalē omnium cognitionē, & prouiſionē. Ex fine autem, quia iur̄m inducitur ad iuſtificandum hoīes, & ad finiendum controuerſias, vt dicitur ad Heb. 6. ſed iuramentum cedit in malum alicui ex eo ꝙ male vtitur eo, i. ſine neceſſitate, & cautela debita. Videtur. n. paruam renerentiam habere ad Deum, qui eum ex leui cauſa teſtem inducit: quod non præſumeret etiā de aliquo viro honeſto. Imminet etiā periculum periurij: quia de facili homo in verbo delinquit, ſecundū illud Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Vnde & Eccl. 23. dicitur, Iurationi non aſſueſcat os tuum: multi enim caſus in illa.

Ad primvm ergo dicendū, qđ * Hierony. ſuper Matt. dicit. Conſidera, ꝙ Saluator nō per Deum iurare prohibuerit, ſed per cęlum, & terram. Hāc enim per elementa iurandi peſſimam conſuetudinem habere Iudæi noſcuntur. Sed iſta reſponſio non ſufficit. quia Iacob. addidit. Neque per aliud quodcūque iuramētum. & ideo dicendū eſt, quod (ſicut * Aug. dicit in lib. de mendacio) ꝙ Apoſtolus in epiſtolis ſuis iurans, oſtendit quomodo accipiendum eſſet, quod dictum eſt. Dico uobis non iurare omnino, ne ſcilicet iurando ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate iurandi ad conſuetudinem, & a conſuetudine in periurium decidatur. & ideo non inuenitur iuraſſe niſi ſcribens, ubi conſideratio cautior non habet linguam præcipitem.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſicut * Aug. dicit in lib. de ſerm. Dñi in monte, Si iurare cogeris, ſcias de neceſſitate uenire infirmitatis eorum quibus aliquid ſuades, quæ utique infirmitas malum eſt. Itaq; non dixit: Quod amplius eſt, malum eſt. Tu. n. non malum facis, qui bene uteris iuratione, ut alteri perſuadeas quod utiliter perſuadeas: ſed a malo illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ille qui iurat, non tentat Deum: quia nō implorat diuinum auxilium abſque utilitate, & neceſſitate. Præt. Non exponit ſe alicui periculo, ſi Deus teſtimonium adhibere noluerit in præſenti. Adhibebit autem pro certo teſtimonium in futuro, quando illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, ut dicitur 1. ad Corint. 4. Et illud teſtimonium nulli iuranti deficiet uel pro eo, uel contra eum.

Articvlvs III.

Vtrum conuenienter ponantur tres comites iuramenti, uidelicet iuſtitia, iudicium, & ueritas.

AD tertivm ſic procetur. Vr̄, ꝙ inconuenienter ponantur tres comites iuramēti, uidelicet iuſtitia, iudicium, & ueritas. Ea. n. quorū unum includit in altero, nō ſunt cōnumeranda tanq̄ diuerſa: ſed horū trium unū includitur in altero, quia ueritas eſt pars iuſtitiæ † ſecundum Tullium. Iudicium autem eſt actus iuſtitię, ut ſupra * habitum eſt: ergo inconuenienter ponūtur tres comites iuramenti.

¶ 2 Præt. Multa alia requiruntur ad iuramentum, ſ. deuotio, & fi-
A des, per quam credamus Deum oīa ſcire, & mentiri non poſſe: ergo uidetur, ꝙ inſufficiēter tres comites iuramenti enumerantur.

¶ 3 Pręt. Hęc tria in quolibet opere humano requirēda ſunt. Nihil. n. debet fieri contra iuſtitiam, aut ueritatem, aut ſine iudicio, ſecundum illud 1. ad Tim. 5. Nihil facias ſine præiudicio, ideſt, ſine præcedenti iudicio: ergo hæc tria non magis debent aſſociari iuramento, quàm alijs humanis actibus.

Sed contra eſt, quod di-
B citur Hier. 4. Iurabis, Viuit dñs, in ueritate, in iudicio, & in iuſtitia: quod exponens * Hierony. dicit, Animaduertendum eſt, ꝙ iuſiurandum hos habet comites. ſ. ueritatem, iudicium, & iuſtitiam.

Et habetur 22. q. 2. c. Animaduertēdum.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra * dictum eſt, iur̄m non eſt bonum, niſi ei qui bene utitur iuramento. Ad bonum autē uſum iuramenti duo requiruntur. Primò quidem, ꝙ aliquis non leuiter, ſed ex neceſſaria cauſa, & diſcrete iuret: & quantum ad hoc requiritur iudicium, ſ. diſcretionis ex parte iurātis. Secūdò, quan-
C tum ad id, quod per iur̄m confirmatur, ut. ſ. neque ſit falſum, neque ſit aliquid illicitum: & quantum ad hoc requiritur ueritas, per quā aliquis iuramento confirmat quod uerum eſt: & iuſtitia, per quam confirmat quod licitum eſt. Iudicio autem caret iuramentum incautum: ueritate autem iuramentum mendax: iuſtitia autem iuramentum iniquum, ſiue illicitum.

Ar. præced.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ iudicium nō ſumitur hic pro executione iuſtitiæ, ſed pro iudicio diſcretionis, ut * dictum eſt. Neque etiam ueritas hic accipitur ſecundum quod eſt pars iuſtitiæ, ſed ſecūdum quod eſt quædam conditio locutionis.

In corp. art.

D Ad secvndvm dicendum, quòd deuotio, & fides, & omnia huiuſmodi, quæ exiguntur ad debitū modum iurandi, intelliguntur in iudicio. Alia enim duo pertinent ad rem, de qua iuratur, ut * dictū eſt. Quamuis poſſet dici, ꝙ iuſtitia pertinet ad cauſam, per quam iuratur.

In corp. art.

Ad tertivm dicendū, ꝙ in iur̄o eſt periculū magnum, tum propter Dei magnitudinem, cuius teſtimonium inuocatur: tum etiam propter labilitatem linguæ humanæ, cuius uerba iuramento confirmantur. Et ideo huiuſmodi magis requiruntur ad iuramentum, quàm ad alios humanos actus.

¶ *Super quæſt. octuageſimenona articulum tertium*

IN art. 3. eiuſdem q. 89. nota, ꝙ ſecūdus iuramēti comes, ſcilicet iuſtitia, vt in litera dicitur, poteſt referri ad duo, ſ. ad rem de qua iuratur, vel ad cauſā iurādi. Et differētia illa hinc orta videtur: qm̄ ſi iſti comites debēt eſſe comites ſub eadē ratione iuramēti vniuerſaliter, oportet ꝙ iuſtitia referatur ad cauſam iurandi, vt. ſ. ſubſit iuſta iurandi cauſa. Alioquin iuramentum aſſertorium nō haberet iſtos tres comites: quoniā iuramentum aſſertoriū eſt de re mala & iniuſta quandoque, vt de adulterio facto, &c. & ꝓpter hoc author in reſponſione ad ſecundū, & in 3. Sentē. diſt. 39. refert iuſtitiā ad cauſā. Si aūt intelligatur, vt adſint vbi adeſſe debent, ſic iuſtitia relata ad rē, nō eſt comes, niſi in iurameto promiſſorio, in quo oportet, ꝙ homo iuret de re iuſta: alioquin iuramētum nō eſt. Et licet prima aſſignatio adæquatā ſit iuramento, ac per hoc verior videatur, quia tamen ſecunda verum neceſſarium exprimit quò ad hoc ꝙ iuramentū promiſſoriū exigit materiā iuſtam, & ſermones morales, vtilitatis cauſa ſunt: ideo author iſtam ſecundam aſſignationē hic prætulit, & illius ſolius in corpore meminit. In hac ſiquidē explicatr radix ſolutiōis multarū qōnum valde vtiliū in moralibus

E
Articvlvs IIII.

Vtrum iurare ſit actus religionis, ſiue latriæ.

AD qvartvm ſic proceditur. Vr̄, ꝙ iuramētū nō ſit actus religionis, ſiue latriæ. Actus. n. latrię ſunt circa aliqua ſacra, & diuina: ſed iuramēta adhibentur circa cōtrouerſias humanas, ut Apoſt. dicit ad Hebr. 6. ergo iurare non eſt actus religionis, ſeu latriæ.

¶ *Super quæſt. octuageſimanona articulū quartum, & quintum.*

IN art. 4. & 5. ſimul eiuſdem qō. dubiū occurrit, Quomodo iuramentum ſe habeat ad uerum, quod iuramento firmatur, an ſcilicet vt finis, an vt ad finem. Et quidem quòd iuramentum nō ſit finis veri,

clare